



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De terrae motu in Colonia, cap. 50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

CAPVT XLIX.

IN Aduentu Domini, hæretici Mediolanenses, hæreticis qui erant in Brixa, multa plaustra cum victualibus transfuderunt: in ipsa verò die natiuitatis Domini, dum conuiuarentur, Dominus terram concussit, & cadentibus ædificijs, plus quam duodecim milia hominum extinxit. Alij fugientes in campum, cum audirent clamores morientium, non fuerunt ausi redire in ciuitatem ad illorum succursum. Mediolanenses verò ciuitatem suam deserentes, plus quam per octo dies in tentorijs habitabant, timore eiusdem terræ motus. In Pergamo, in Cumis, in Venetia, in Cypro, in Papho, & in alijs multis prouincijs atque ciuitatibus, eodem tempore multos terruerunt terræ motus. Nec mirum, tot turres, tot ædificia corruerunt, vt nihil aliud, nisi finis mundi videretur instare: quod a seculo est inauditum, sicut in capite ieiunij magister Oliuerus prædicauit Colonia, duo mōtes in Papho, habentes inter se stagnum, coierunt ita, vt efficerentur mons vnus; dominus verò terræ, dū per montem aquæ viam præpararet, cum tanta vi erupit, vt obuiantia quæque deleret.

CAPVT L.

PAruo interuallo post iam dictum terræ motum, id est, tertio Idus Ianuarii, factus est Colonia, & circa, nouus terræ motus, tam validus, vt parietes ædificiorum concussi, ruinam minarentur. Eade hora Abbas noster in monte sancti Walburgis erat, qui ante ortum solis Missam celebrans, sic concussus est, vt ex eodem motu ecclesiam lapsurâ, & altare qui astabat, a terra deglutiendum esse formidaret. Deinde circa tempus duarum hebdomadarum Aquenses aliū terræ motum senserunt. Venti etiâ tam validissimi his temporibus, vt nosti, fuerunt, vt non modicum nobis timorem incuterent. In hoc eodem anno, de quo nūc loquimur, contigerunt duo miracula supradicta, scilicet conflagratio theatri, & casus nubis, & habes capitulo vicesimo octauo & capitulo quadragesimo primo.

Rr 4

CAPVT